

Register: —

Edition: CDS II, Bd. 6, S. 272, Nr. 312 aus A.

Regest: Schieckel, Reg. Dresden I, S. 245, Nr. 1038.

GREGORIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii sancte Ma|rie in Kemnicz ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Misnensis diocesis salutem | et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propen|sius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agentur, eos tamquam pia mater sue protectionis | munimine confovere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assen|su, personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione | suscipimus. Specialiter autem terras, domos, possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste | ac pacifice obtinetis, vobis et per vos vestro^{b)} monasterio auctoritate apostolica confirmamus et pre|sentis scripti patrociniis communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre | protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attempta|re presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. | Dat. Lugduni V kal. iunii pontificatus nostri anno tertio.

(B.)

121.

Papst Gregor X. bestätigt dem Abt und dem Konvent des Benediktinerklosters zu Chemnitz sämtliche Freiheiten und Immunitäten, die dem Kloster durch Privilegien und Indulgenzen der Päpste gewährt worden sind, sowie die Freiheiten und Exemtionen von weltlichen Abgaben, welche Könige, Fürsten und andere Gläubige dem Kloster bewilligt haben.

1274 Mai 28, Lyon

Original: Dresden, HStA, 10001, Ältere Urkunden, OU. 833 (A) — Provenienz: Chemnitz, Benediktinerkloster — Pergament: 21,9 cm breit, 18,0–18,3 cm hoch, Plica 2,1–2,2 cm — littera cum serico — Besieglung: Bleibulle Gregors X. (Apostelstempel 6, Namensstempel Gregors X.) hängt an rot-gelben Seidenfäden.

Kuriale Vermerke:

Recto:	oben, halbrechts:	cor. zweimal schräg durchgestrichen
	oben, in der rechten Ecke:	bo zweimal schräg durchgestrichen
	auf der Plica, rechts:	b. A
	unter der Plica, links:	II
		M p(ar)
Verso:	oben, in der linken Ecke:	B
	oben, in der Mitte:	.P. de Traiecto

120. b) Auf Rasur (1,5 cm): Korrektur wohl von zweiter Hand mit anderer Tinte A.